



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

50. Do. 17. post Tr. de Hydropico. Luc. 14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

IN DOMIN. TOTIVS ANNI. 105  
peccan-  
tū De-  
rum do-  
eccan-  
tur, sp-  
nptio d-  
  
mines illi Nāmitæ hoc facto profecerunt  
in reuerentia & religione erga Deū, eumq;  
laudarunt & glorificarunt, sic angeli in Luc. 15.  
cœlo gaudent super peccatore pœnitentiam agentem.

## DOM. XVII. POST TRIN

De Hydropico. Luc. 14.

CVM introisset IESVS in domum Phar.  
risei jabbatho manducare panem, ipsi ob-  
seruabant eam. Considera, benignitatem  
Christi non refugientis consortium homi-  
num improborum, qui ad calumniandum  
eum obseruabant, vt suo colloquio possit  
eos ab errore & peccatis deducere: vnde  
disce, non esse semper eorum conueatum  
fugiendum, sed laborandum, vt nostro ex-  
emplo, verboq; meliores fiant; & si pu-  
fillanimis sis, ora Deum, vt audeas ex zelo  
coram talibus aliquid boni dicere. 2. nomi-  
ne panis indicari sobria debere esse conui-  
via. Certe scriptura panem & aquam ap-  
pellat initium vitæ hominis & experientia Ecc. 12.  
docet 100. anni s vixisse, qui sobriè pñè  
solo pane contenti vixere. Quod si tibi non  
liceat per superiores sic viuere, saltē paucis  
cōtentus viue, & respue ferculorū copiam.

Hydropicum ibi presentem sanat, & probat 2.

G s sanari

106 MEDITATIONES IN

sanari posse sabbatho, sicut asinum in fovea  
lapsum licet extrahere. Considera rursum  
Christi caritatem, quod quavis data occa-  
sione etiam tempore prandii sanet hydro-  
picum, et si sciret pharisæis illud displiceret

2. quod argumentis conatur probare, si  
posse illis benefacere. 3. quod occulte co-  
natur eorum hydropisini, id est, inflationem  
& fastum mentis sanare, & ideo de humilitate  
exemplum subiungit. Considera secun-

do pharisæos nihil respondere potuisse  
quid ergo respondebunt in die iudicii, quod  
stricte omnia inquirentur?

3. Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbens  
nouissimo loco Quia omnis qui se exaltat, ha-  
miliabitur. Considera, Christiani homini  
esse, non solum civiles mores seruare, sed  
etiam alios, quamvis prandii tempore, do-  
cere. 2. et si hæc regula, quod humilius es  
altandus sit, fallax sit in mundo, ubi humili-  
lantes se saepe manent in gloriæ & contem-  
pti, infallibilis tamen est in conspectu Dei.

2. Pet. 5. quia Deus, ait B. Petrus, superbiis resistit, ha-  
milibus autem dat gratiam. 3. considera  
neminem dignius interesse conuiuio co-  
lesti S. Eucharistiae, quam qui humilius es.

Luc. 18. dicens cum publicano, Domine propi-  
tius esto mihi peccatori.

DOM

